Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eos. ⁊ fugerunt in absconditum. Et apls
paulus simile quid in actib' aplⁿ passus
est. ut ceteris ñ cernentib' uisionem suam
aspiceret. Et ecce manus tetigit me. In
hominis figura uidetur angelus. ⁊ hu-
manū ad pphetam iacentē mittit manū.
ut sui generis corpus aspiciens nequaquā
páueat. Et dixit adme. Daniel uir deside
riorum. Congruenter uir desideriorum
uocatur. qui instantia precum. ⁊ afflictione
corporis. ieiuniorūq; duricia cupit scire
uentura. ⁊ dei secreta cognoscere. Pro uiro
desideriorū symachus interpretatus est
uirum desiderabilem. Omnis enī sanctus
habens in se animę pulchritudinē amat
adno. Et dixit adme. Noli metuere da
niel. quia ex die primo quo posuisti cor
tuū ad intellegendū. ut te affligeres in
conspectu dei tui exaudita sunt uerba
tua. ⁊ ego ingressus sum ad uerba tua.
Vicesima quarta die mensis primi. id est
nisan. expletis trib' ebdomadib' hoc est